

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis
Farrago**

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

S. D. lecturis has literas

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

lice & Apostolice Ecclesie Christi, abhorrente.
 Promisit etiam hic N. in doctrina constantia, & in
 officio fidem & diligentiam. Quare ei iuxta doctrinam
 Apostolorum, publica ordinatione commendatum est ministerium docendi Euangelium, et sacra
 menta a Christo instituta administrandi, iuxta uocacionem. Cumq[ue] scriptum sit de filio Dei, Ascendit,
 dedit dona hominibus, Prophetas, Apostolos, pasto
 res & doctores: precamur ardentibus uotis, ut sue
 Ecclesie gubernatores det idoneos & salutares: ac
 efficiat, ut huius iam ordinati ministerium sit effi-
 cax & salutare. Ipsum etiam N. & suam Ecclesiam
 hortamus, ut curet Euangeliu[m] Dei pure & fideliter
 conservari & propagari. Nam hoc officio Deus
 praecepit se coli postulat, sicut inquit Christus: In
 hoc glorificatur pater meus, ut fructum copiosum
 feratis, et siatis mei discipuli. Et hac luce retenta manet Ecclesia, & aderit in ea Ecclesia Deus, dabit uita-
 tam eternam inuocantibus ipsum, & optulabitur
 in eternis huius uite. Ibi enim adest & exaudit
 Deus, ubi ipsius Euangeliu[m] uerba sonat, sicut scri-
 ptum est Ioannis 15. Si manseritis in me, & uerba
 mea in uobis manserint, quicquid uolueritis, & pe-
 tetis, fiet uobis. Date Vitenberge, &c.

S. D. lecturis has literas.

Hic peregrinus Gutbertus Hugonius, modestus
 apud

spud nos hac tota hyeme uixit³. Narrat se docuif-
se linguam Latinam & Græcam in scholis, et scri-
bit solutam orationem et Carmen Latinè. Causam
se honestā peregrinationis habere inquit, quod in
piam tyrannidem & furias Poli & Vintoniensis
adprobare noluerit: quorum alter, uidelicet Polus,
scripsit: Si Cæsar cum exercitu in ipso fredo Helle-
sponti iam esset cum Turcis pœliaturus, se uelle ei
hortatorē esse, ut omisso Turcico bello, rediret ad
delendos Lutheranos. Quid potuit dici furiosius
Huius igitur Gutberti uirtus laudanda erit, quod
in exilio uiuere maluit, quam quoquo modo tali-
bus tyrannis assentari. Ac decet honestos uiros, et
propter honestam causam exulantes, hospitalibus
officijs iuuare. Cogitemus de communii exilio gene-
ris humani, quod immortalem uitam, ueram scili-
cket patriam propter peccatum amissimus: ad quam
tamen reducimur per filium Dei, Dominum no-
strum Iesum Christum, qui exul propter nos fuit.
Cogitemus et de inconstantia fortunæ hominum,
& simus officiosi erga exules. Date anno 1556.
Die uerni æquinoctij, quo tempore cometam ter-
ribilem flagrantem uidimus, postea celeri motu ad
Arcton prouectum. Deus leniat publicas et
priuatas calamitates.

Philippus Melanchthon.

S. D.